¶ Deuota cōtemplatio ſeu meditatio edita a beato Bonaduētura: de natiuitate dn̄i noſtri ieſu chriſti.

Adueniēte nouem menſium termīo/ exiit edictū ab īperatore auguſto: vt deſcriberetur vniuerſus orbis: ſcʒ quilibet in ciuitate ſua. Cūqʒ ioſeph ire vellet ad ciuitatē ſuā bethleē: ⁊ ſciret partus ſue venerabilis ꝯiugis tp̄s: duxit eā ſecū. Vadit ergo dn̄a hoc lōgo itinere. Nam bethleē eſt ꝓpe hirl'm ꝑ quīqʒ miliaria. Ducūtqʒ ſecum bouē ⁊ aſinū et vadūt ſicut paupes mercatores beſtiaꝝ. Cum aūt eēnt bethleē q2 paupes erāt ⁊ mlti ꝯcurrebāt ex ead̄ cauſa hoſpiciū habere non potuerunt. Cōpatere igit dn̄e ⁊ ꝯſpice eā delicatā dn̄aʒ iuuenem (quindecī enī annoꝝ erat) ex lōgo itinere fatigatam: ⁊ cū v'ecūdia int' gentes incognitas querentē vbi quieſcat ⁊ nō inuenientem. Oēs licentiāt eam ⁊ ſociū. Et ſic cogūtur diuerte ad quādā viā cooꝑtam/ vbi hoīes tp̄e pluuie diuertebāt: ⁊ ibidē ioſeph qui erat cū ꝯiuge ligaminibus forte aliquał'r ſe clauſit. Nūc diligent' ꝯſpice oīa marie q2 referā ea q̄ ab ip̄a reuelata ⁊ oſtēſa fuerūt: ꝓut a quodā ſctō patre nr̄i ordinis fide digno habui cui puto reuelata fuiſſe. ¶ Cū ergo veniſſʒ hora. ſ. in media nocte dn̄ice diei: ſurgēs v'go appodiauit ſe ad quādā colūnā q̄ ibi erat. Ioſeph aūt ſedebat meſtus eo forte ꝙ nō poterat q̄ decebāt parare. Surgēs igit ioſeph ⁊ accipiēs de feno p̄ſepii ꝓiecit ad pedes dn̄e ⁊ v'tit ſe ad aliā partē. Tūc filius dei eterni ſine aliq̄ mora/ ſine aliqua leſiōe/ ſine aliqua moleſtia/ in momento ſicut erat in vtero: ſic fuit extra vterū ſup fenū ad pedes matris ſue. Que icōtinēti ſe reclinās recolligens eum/ ⁊ dulciter amplexās: poſuit in gremio/ ⁊

vbere de celo pleno a ſpū ſancto edocta: cepit lauare
ipm ſeu linire ꝑ totū corpus cū lacte ſuo. Quo facto
inuoluit eū in velo capitis ſui ⁊ poſuit eū in preſepio.
¶ Nūc bos ⁊ aſinus poſuerūt ora in p̄ſepio flātes ꝑ
nares acſi rōe vtētes cognoſcerēt ꝙ puer ſic paupri=
me ꝯtectꝰ: calefactiōe tāti frigoris īdigebat. Mater
xͦo flexis genibꝰ adorauit eūdem: ⁊ grās agēs dixit
deo. Grās ago tibi dñe ſctē pater: qꝛ filiū tuuꝫ michi
dediſti. et adoro te deus etne/ ⁊ te filiū dei viui ⁊ meū
¶ Siliter aūt ioſeph adorauit eū: ⁊ accipiēs ſellam
aſini ⁊ extrahēs de ea cuſſinellū de lana ſeu de borra
poſuit iuxta preſepe vt ibi dña ſederet ſuper eo. Ipſa
ergo ſe poſuit ad ſedēdū/ ⁊ ſellā poſuit ſubtus cubitū
et ſic ſtabat dña mūdi tenēs vultū ſupra p̄ſepe īnixa
oculis ⁊ toto affectu ſuper dulciſſimū filium ſuū. Huc
uſqꝫ de reuelatōibꝰ. His igit ſic oſtēſis diſparuit dña
⁊ remāſit angelꝰ ⁊ dixit ibi laudes magnas ⁊ lōgas
quas etiā ille michi dixit/ nec dicēdi vel ſcribēdi apti
tudinem habui. ¶ Vidiſti ortū dñi ſctiſſimi ꝓncipis
⁊ partū ſiliter regine celeſtis/ etiā ī vtroqꝫ artiſſimā
pauptatē attēdere potuiſti. Multis eni indiguerūt ⁊
ipam certiſſime obſeruauerūt. In his pānis ꝯplacet
ſibi/ in his ſericis delectat inuolui. Non ꝯſolatur xp̄i
infātia ⁊ lachryme eius/ ⁊ p̄ſepe/ ⁊ ſtabulū/ garrulos
⁊ cachinātes ⁊ in ſtolis ambulātes ⁊ amātes ꝓprias
cathedras: ſꝫ paupes/ tribulatos/ ⁊ laborātes. Scdꝫ
ꝙ ait beatus bernardus. Hāc pauptatē ſeruauit btā
xͦgo mater/ ⁊ filiꝰ dei. Nō ſunt ſtabulū dedignati: nō
beſtias/ nō fenū/ nō cetera vilia. Idē. O paup. O iops
O primus ⁊ nouiſſimus. Hoſpes in diuerſorio/ paup
in preſepio/ fugit in egypto/ ſedet in aſino/ cū paupi-
bus offert in tēplo/ ⁊ nudus ſuſpenditur in patibulo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf